

10
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.



1674 .

1. Alberti, Valentinus : De ordine intentionis et executionis actuum voluntatis divinae. An scilicet: Nec ex hoc firmiter concludi possit?
2. Bochnus, Johann Godfried : De pignore per chirographum.
3. Carpzov, Augustus Benedictus : De commendatione
4. Carpzovius, Augustus Benedictus : De correctione haeresium.
5. Carpzovius, Augustus Benedictus : De observantia
6. Cyprinus, Johann : De statu et motibus Galliae in Lotharingam Peridinum desinentibus
7. Ernesti, Joh. Henricus : De Zoroggia parentum in Liberos.
8. Franckensteinus, Christianus Fridericus : De Alexandro et virtutibus et vitiis Magnae sine characteri Alexandri.
9. Gispert, Fridr : Sylloge litterarum variarum. Allerkend Brief. Art. 1.

1674.

10. Hammermullerus, Henr. Christoph: Desobylis
11. Lockmann, Gaspard: De furti apud Lacedaemonios
Licentia.
12. Menckenius, Otto: De jure magistratus circa venationes
13. Rechenberg, Hans: De collatione munerum public
sive promotione
14. Gissler, Elias: De symbolis von Junker oder Leibprä.
chez.
15^a Romanus, Paulus Franciscus: De eo, quod differt
executionem 2 Suppl. 1674 & 1748
16. Romanus, Paulus Franciscus: De Tutelis personarum Ulu-
strum
17^a Romanus, Paulus Franciscus: Inventionum juridicarum:
De feudis secunda, eorum objectum, modos constituendi
et acquirendi continens.
17^b Romanus, Paulus Franciscus: Inventionum juridicarum
De feudis tertia et ultima, eorum finem, effectum abq. contracta
continens.

167
18
19
20
21
22
23
24
25



1674.

18. Romanus, Paulus Franciscus: De iudiciis paganicis

19^{a et} Romanus, Paulus Franciscus: ~~De feudis~~ Paupertatis

sum iudicium: De feudis prima, eorum definitio.
nem, divisionem, et subiectum continens. 25 impl.

1674 n. 1712.

20. Romanus, Paulus Franciscus: De servitibus feudales

21. Schergerus, Joh. Adam: Praeculum Facobium Cap. 17.

De illustrissima divinae immutabilitatis maiestate

22. Schrencken Doerfferus, Bartholomaeus Leonhardt: De

divortio.

23. Schrencken Doerfferus, Bartholomaeus Leonhardt: De specifica

linea.

24. Stempel, Johannes Augustus: De sabbato Christianorum

25^{a et} Thomassinus, Jacobus: De cautelis principum circa

colloquia et congressus mutuos. 25 impl. 1674 n. 1750

1674.

26 Thomerius, Tacitus: De justitia et jure belli
primi Parsi ex Tab. Freinsheimii Suppl. Liv. 16,

17, 18 et 19.



1868.
1868.

1674, 115 028

DEI
&

SUPERIORUM INDULTU
DISSERTATIONEM JURIDICAM
DE

EO QVOD DIFFERT
EXECUTIONEM,

Occasione

L. si vindicari XX. C. de pœnis

PRÆSIDE

DN. PAULO FRANCISCO
ROMANO,

J. U. D. Prof. Publ. & Facult. Jurid.

Affessore,

Dn. Præceptore ac Patrono suo omni honore prosequendo,

IN ACADEMIA LIPSIENSI

d. Januar. AC. 1674.

H. L. Q. C.

ventilandam proponit

LEONHARDUS BAUDISIUS, Lig. Siles.

Autor.

LIPSIÆ,

Typis JOHANNIS ERICI HAHNI.



VIRO

*Præ-nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo
Excellentissimoq;*

DN. CHRISTIANO
PAKBUSCHIO,

Utriusque Juris Doctori famigeratis-
simo, Scabinatus Electoralis Saxon. Affes-
sori gravissimo, Judiciique Provincialis, quod
Lipsiæ est, Advocato Ordinario ce-
leberrimo,

Dno. meo, Patrono atq; Promotori Hono-
ris observantiâ ad cineres usq; studio-
sissime profeqvendo,

DISSERTATIONEM HANC ACADEMICAM

sacram esse volo

&

velle debeo

LEONHARDUS BAUDISIUS, Lig. Siles.



Jehovà Juvante.

§. 1.

Differam de eo, quod non perimit *L. 70. ff. de Judiciis*, sed profert diem Executioni *L. 21. § 25. de recept. qui arbitr.* Versabor ita, ut summa tantum capita ductu *L. 20. C. de pœnis*, attingam. Auspicia Laboris à Deo Tractationis petam à Textu :

Imppp. Grat. Valent. & Theodos. A. A. A. Flaviano
PP. Illyrici & Italiae.

Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu jusserimus, nolimus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum Sors & Fortuna suspensa sit. Reos sanè excipiat, vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. XV. Kal. Septemb. Veronæ, Antonio & Syagrio Conss. 382.

CAP. I.

De Autore Legis ejusque In- & Sub-criptione.

§. 2.

Autores Inscriptio tres ostendit Imperatores: Gratianum, Valentinianum & Theodosium. Num rectè? post theses aliquot videbimus.

§. 3.

GRATIANUS Valentiniano I. Imperatori Filius, Gratiano, Funario, Nepos. *Cluv. in Epit. Hist. Imperat. Valentiniani I. pr.* Quod à Patre nondum pubes accepit Imperium, (Anno 367. die 20. Aug.

A 2

Bucholc.

Bucholc. in Chronol.) perdidit interfectus (Anno 383. die 25. Septemb. *Bucholc. d. l. p. m. 213. Godofr. in Chronol. C. Theod. p. 110.*) fraude Maximi in Galliis *Niceph. l. 12. c. 19. & 20. & al. ap. Sleidan. de IV. Monarch. l. 2. p. 223. alleg.* Imperavit cum Patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque; cum Patruo & Fratre tres; cum eodem Fratre ac Theodosio quatuor, & cum his omnibus accedente Arcadio menses sex. *Cluv. in Grat. pr. Datae ab eo Leges palmariae sunt L. 12. C. Theod. de Med. & Profess. L. 5. ib. de Hereticis alijs.*

§. 4.

VALENTINIANUS secundus Nominis, primi Filius, Frater, sed non uterinus, Gratiani. Huic vivo socius in Occidentis Imperio, post mortem ejus solus gerendo impar. Subiit vices Mater, corporis multò pulcroris, quàm animi fœmina. *Cluv. in Valent. II. in pr.* Idem cum Gratiano Fatum expertus: Fraude Arbogasti familiaris sui periit. *Niceph. l. 12. c. 38. 39.* Multi suffocatum, & laqueo suspensum scribunt. *Bucholc. d. l. p. 216. Sleid. d. l. p. 224.* Hunc opprimere, fuit prima nitentium ad dominationem cura.

§. 5.

Utrique repensum, quod pravo facinore merebantur. Cæsus à Theodosio Imp. Maximus cum Filio Victorioso (Anno 388. *Godofr. in Chronol. C. Theod. Bucholc. ad h. Annum.*) Arbogastus manum, quam paulò ante Valentiniano, mox ipse sibi intulit. Causa victrix Theodosii manus adjuta ventis, ut se totus victori prosterneret Exercitus.

§. 6.

Hic Theodosius, Comitum in Hispaniâ Filius. Oriente donatus est à Gratiano, quod huic Alani & Hunni minarentur Excidium. Magni nomen ob res feliciter gestas obtinuit. Primum ejus ad Populum Constantinopolitanum de Religione Christianâ Edictum *L. 1. C. de summâ Trinit.* Plura possem allegare, si mihi vacaret esse prolixo. Id tamen, quod fronti Disertationis inscriptum, prætermittere nefas duxi.

§. 7.

Vidimus Autores, num veros, lubet videre. Dubium an omnibus adscriptis, an uni, & cuinam Lex adscribenda? Istud rejicit argumentum Inscriptionis, tum & stylus in *L. 9. C. Theod. de Malef.*

§

& *Mathemat. ibid. Godofr. in not.* Illud ex Historiâ & temporis ratione probatum imus. Apparebit hoc, si quando & ad quem Lex data, evolverimus.

§. 8.

Vox FLAVIANUS notat eum, ad quem Lex rescripta. Hujus Præfecturam Prætorii in Illyrico & Italiâ post Symmach. *L. 3. ep. 81. & c.* nominat Lex nostra. Virum eximium & solidæ sapientiæ testatur Rufinus *L. 2. Histor. c. 33.* Collata viro dignitas post Polemium (qui primis Anni 390. mensibus Præf. Præt. Illyrici fuit & Italiæ *L. 28. C. Th. de Oper. publ.*) ante Apodemium (qui Anni 392. initio PP. Illyr. & Italiæ reperitur *L. 21. C. Th. de Navicul.*) Fuit ergo penes Flavianum posterioribus Anni 390. mensibus & Anno 391. *conf. Godofr. in Prosopogr. Cod. Theod. voce Flavianus.*

§. 9.

Sed inqvies; dicta Legi, Legem dictis repugnare. Aliud Inscriptionem, aliud Subscriptionem Legis velle. Præferre nostram, Annum 382, præferre cum Consulibus hujus Anni PP. Flavianum. Sed perperam hic Legi datus character, perperam subscripti Consules. *Godofr. ad L. 2. C. Th. de Constit. Princ.* Valet Historiæ testimonium, quæ causam, cum causâ tempus latæ Legis ostendit. Ostendit autem non Annum 382 (quod demum Annus 387 tales tulit Præfectos *vid. Godofr. ad L. 2. C. Th. de Const. Princ.*) sed 390, quo Theodosius alias etiam dedit Veronæ Leges. Sunt autem hæ LL. 122. *C. Th. de Decurion. 19. ib. de Navicul. 28. ib. de Episcopis & 1. ib. de Monachis.*

§. 10.

Non obstat mortuus ante Legem Gratianus. Hunc enim Anno, quem th. 3. monstrat, defunctum affirmamus; Autorem Legis negamus. Expungenda proinde vox Gratiani, ut aliis quoque in Locis expungendam asserit *Godofr. in Comment. L. 13. C. de panis.*

§. 11.

Valentiniano quidem ut assignemus Legem, multa movent. Huic enim Illyricum parebat cum Italiâ. *Zosim. l. 4. p. 746.* Ipsa Verona, urbs Italiæ, cui lex debet natales, sub hujus erat Imperio. Sed his quoque non tutum insistere; Jubet hoc Annus latæ Legis, quo Valentinianum Securitas in Thraciam, pericula Theodosium in Ita-

liam traxerant. Scilicet Valentiniano minabatur, quod in Gratiano Fratre perfecerat Maximus. Italiam sibi destinabat hostis, & modo non totam occupaverat. Una Salus in Theodosio, cujus intererat Bello Bellum finire. Benefacta Beneficiis rependere cura fuit Laborque. Favit Deus causæ Imperatoris, ut qui non sua, sed Dei, sed Affinis agebat negotia. Annus erat post Christum natum 388, quo petebat Italiam. Devictus Maximo juvante Maximus, ut falsus Omen inesse Nomini crederet.

§. 12.

Erat Annus post trecentimum nonagesimus primus, quo Constantinopolin repetebat Theodosius. *Socrat. l. 5. Histor. Eccles. c. 15. inf. Marcellin. in Chron.* Hinc integrum triennium in Italiâ versatum apparet. Ab hõc solo tunc pendebant omnia, solus ferebat Leges. Ferebat autem cum *d. L. de pœnis* Leges alias th. 9. adductas. Ut adeò solum Theodosium Autorem dicendum esse, dicta satis persvadeant.

§. 13.

Error Anni post se traxit errorem Consulium. Consules non Antonius & Syagrius, sed Valentinianus & Neotherius subscribendi. *Godofr. in Chronol. Cod. Theod. & Ejusd. Profopogr. in vocibus Valentinianus & Neotherius.*

§. 14.

Mensem, ut me breviter expediam, non Septembrem (quem Lex & Baronius notant) nec Decembrem (ut Theodoretus docet) sed Augustum scribit idem Godofredus *in d. L. 13. C. Th. de pœnis.*

§. 15.

In unum, quæ sparsim dicta colligimus. Expungimus expungenda, ut constet Legi characterismus. Nempe dedit eam IMP. THEODOSIUS A. FLAVIANO PP. ILLYRICI ET ITALIAE. MENS. AUG. VERONÆ, VALENTINIANO ET NEOTHERIO COSS. 390.

CAP. II. De Legis Evolutione.

§. 16.

Proferimus pedem, & causam cum ratione vestigamus. Hæc salva legi nostræ, ut omnibus est, non obstante *L. 20. ff. de LL. nec obscura;*

secura; velut in *L. 9. ff. de Relig. & sumt. funer. L. 63. ff. de Edil. Edicto L. 12. ff. qui & a quib. manum.* putatur.

§. 17.

Quid verò moverit Theodosium, c. 11. quæst. 3. canon *cum* apud *Theffalon.* exponit. Furens apud *Theffalonicam* Populus virum occiderat. Succensuit Civibus Theodosius, nec potens iræ, Ludos *Circenses* (*de quibus Gell. l. 3. c. 10. Noct. Att.*) instituit. Sed miseri homines Ludum spectantes, ipsi Ludus fiunt. Circumfusi à militibus, Imperatoris iussu graves pœnas dant: Jugulantur ad unum omnes. Adeò cum commissa coërcemus, graviora sæpè committimus *d. c. & quæst. c. 68.* Ob hoc sacris ab Ambrosio prohibitus, culpam cum lachrymis publicè confessus fuit. Insuper Legem extorsit Ambrosius, ut ratio corrigeret intra dies triginta, quod Furore promulgatum. Spicilegia hæc sunt; messem fecere *Niceph. l. 12. c. 40. 41. Sozom. l. 7. c. 24. August. de Civitate Dei c. 62. alijs.*

§. 18.

Tres autem vulgò partes cujusque Legis perhibent: proœmium, capita & sanctionem. Patet hoc *prater LL. 3. & 5. C. de Summâ Trinit. L. pen. & ult. C. de Episc. & Cler. L. 1. & seqq. de vet. Jure enucleando,* ex *Novellis* quidem omnibus. *conf. L. sanctio 41. ff. de pœnis & ib. Godofr. in notis.* Nos in præsentem duas constituimus, prohibentem unam, alteram præcipientem. Explicamus eas per Regulas, quarum

- 1: Pœna ab irato Principe lata non statim exsequenda.
- 2: Rei taliter ad mortem damnati, dum differtur pœna, vigilantè custodiendi.

§. 19.

Ex facto (quod Paulus etiam in *L. 83. ff. de Legat. & fideicom. 2.*) speciem formamus. Facimus id verbis primo glossæ, dein propriis.

§. 20.

Glossa sic loquitur: Si Princeps crudelius quam consuevit, præcepit aliquem condemnari, non debet statim subjici pœnis, sed prius labentur XXX. dies: quibus elapsis condemnari debet: interim debet esse sub fidâ custodiâ.

§. 21.

Nos ad ea, quæ Cluverius habet, alludimus. Ponimus Imperato-

ratores, pius, iustus, & verbo: Mirabilia Mundi dictum. Affin-
gimus Conjugem (Mariam Arragoniam): Decedat hæc à fide datâ,
violet sanctitatem tori. Sit Comes inter Aulicos, (Mutinensis) fi-
dus Imperatori; alter verè Josephus. Tentet hujus pudicitiam fœ-
mina, & frustra tentet. Deferat rem ad maritum, utq; se purget,
Adulterii Reum faciat Comitem. Habeat fidem maritus, nec iræ po-
tens acerbam relinquat vocem: Moriatur. Roget, obtestetur Co-
mes, sed flecti nolit: Moneant, quos à consiliis habet Princeps;
tempus petant, ac spacium; flecti non possit. Differant tamen, quod
sciunt, moram in Principe sanare, quod Ratio nequit. Fœdabunt,
ne parendi Legem? Imo non fœdabunt, *per ea quæ Zieglerus nota-
vit ad Instit. Lancell. l. 3. tit. 16. §. 2. nec ita Princeps, si Justitiæ cultor,
interpretabitur. Potest enim post iram dilata pœna exigi, revoca-
ri nunquam.*

§. 22.

Sunt quidem dubitandi rationes, sed ficulneæ, quibus paginas
implere tædiosum. Pugnant Legibus, sed iisdem expugnantur. Sunt
ex L. 18. C. *de pœnis* & l. 5. C. *de Custodiâ Reorum*. *Ast incivile est,
nisi totâ lege perspectâ, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel
respondere L. 24. ff. de LL.* Non enim convicti, cum non-convictis pa-
ritèr judicandi. Nec omnem pœnam, sed severius contra consuetu-
dinem ab irato Principe dictam, differendam statuimus. Priores ergò
Leges semper ad posteriores l. 26. d. t. posteriores ad priores L. 28.
ib. pertinent.

§. 23.

Insistendum cœptis, & monendum de Verbis, nè sententia Le-
gis circumveniri possit L. 29. ff. *de Legibus*. Fallunt enim, qui Juris-
peritorum hanc negant curam. *Mantica de Conjectur. ultim. volunt. L.
1. n. 1.* Falluntur cum Baldo *conf. 33. n. 2. contra Leges. L. 1. pr. ff. de
Just. & Jure L. 1. ff. de R. C. L. 1. §. 1. ff. de Pactis.*

§. 24.

Notamus autem voces

I. VINDICARI: Freqvens hoc in Jure verbum, ambiguus,
quia varius, verbi sensus. Vox à vim & dico composita; ut Judico,
quod Varro L. 4. *de lingvâ lat.* à Jus & dico derivat. Vis enim quæ-
dam in vindicando intervenit, non bellica, sed civilis ac legitima.

Frantzck.

Frantzk. in Comment. ad π tit. de R. V. n. 4. Hęc loco ultionem à Magistratu factam, vel, secundum Godofredum in notis ad h. L. in C. Tb. ultimum supplicium Bonorumqve publicationem notat. Licet autem (ut Paulus in L. 33. ff. de Injuriis loquitur) quod Reipublica veneranda (alii, vendicandæ. Budeus) causâ secundum bonos Mores fit, ad contumaciam ejus pertineat; quia tamen non eâ Mente Magistratus facit, ut Injuriam faciat, sed ad vindictam Majestatis publicæ respiciat, actione Injuriarum non tenetur. conf. h. L. 13. §. 6. & L. 13. §. 39. d. t. Juris enim Executio non habet Injuriam L. 13. §. 1. eod.

§. 25.

2. SEVERIUS. Excessum indicari, Comparativus monet. Non enim Juris, de quâ L. 6. de hered. instit. L. 4. C. ex quibus causis infam. L. 14. C. de Excusat. Tut. & Curat. aliæq, sed facti, de quâ L. 4. C. de Ingen. manum. Severitas intelligenda.

§. 26.

3. CONTRA NOSTRAM CONSVETUDINEM. Digna Principe Virtus Clementia. Hęc, quæ brevis crudelitate, diuturna fit potentia. Utilis non solum nova inchoantibus Imperia Tac. 4. Hist. 63. sed semper etiam nunc finientibus. Forstn. in not. ad Tac. l. 13. c. 63. Is enim Laudem meret, cujus Morti plus quam Electioni, ingemiscunt Subditi. Quod ita regnaret Ludovicus XII. Galliæ Rex, Patriæ Pater dictus est. Hęc & aliis felix Theodosius, Magni nomen accepit. Hic & cum contrâ consuetudinem secessisset à consuetudine, (i. e. Jure Regionis) mox eam revocavit. Adeò pœnitentiâ magis laudari, quam errore carpi voluit!

§. 27.

Dissentiunt ad Machiavellicum Ingenium comparati Homines. Sævitiâ impleri cuncta, nec ulla Mansuetudinis vestigia exstare volunt. Censent à vi provenisse Dominationes, & vi retineri. Armis quæsitâ armis conservanda esse. Lenitatem initium periculi; Sævitiâ præsidium Securitatis esse: Principem, nisi metuatur, simulacrum fore. Sed hęc consilia, ut à vi incipiunt, ita in vi & exitio Principum sæpè desinunt.

§. 28.

4. JUSSERIMUS. Jubere in effectu idem, quod mandare. Utrumq; præcedit Factum, quod futurum est. Sed amplior Jussus,

B

& la-

& latius aliquantò patet. Semper enim qui jubet, mandat; non qui mandat, jubet. His qui in potestate nostrâ, jubemus, *arg. l. 20. ff. de Jurisd. c. 2. de constit. in 6.* mandamus etiam nullo nobis adstrictis vinculo. *Vultej. in Comment. ad Instit. l. 4. t. 7. pr. n. 8.*

§. 29.

Sed num semper parendum? hic oportunitatem inserere. Negem, quod magis Deo quam Principi parendum, nemo sanus neget. Quid enim, si jubeat, quod famam, quod conscientiam nostram lædat. *Dn. Ziegl. in not. ad instit. Lancell. l. 3. tit. 16. §. 2.* Ipsos Gentiles, Papinianum; *Spartianus in Severo & Caracallâ*, ante hunc Julium Græcinum, Patrem Agricolaë, *Tac. in Agricola c. 4. n. 2.* Doctores habes. Uterque Juris Consultissimus vitam, quam Famam perdere maluit.

§. 30.

5. *NOLUMUS*. Obex hic dissolvendus, num nova sit Constitutio Theodosii? Vox hæc Nolumus id videtur innuere *arg. c. ult. de Rescript. in 6. & Clement. 2. in f. ib.* Sed idem retrò multis temporibus sancitum, Autores habeo. Diversi sunt, & in diversas eunt partes. Tiberianum esse Senatusconsultum, affirmant omnes; at variant in spacio dierum. Multi triginta, non pauci decem diebus supplicia dilata volunt. Illud Sydonius Apollinaris *l. 1. ep. 7.* *Quintilianus declamat. 303,* *Calphurnius Flaccus declam. 25.* Hoc Tacitus *3. Annal. 51. n. 3.* *Svetonius in Tiberio c. 75.* *Seneca l. 1. de Tranquillit. c. 14.* testantur.

§. 31.

Multis hic conciliandi Labor. Est, qui putat Sydonium emendandum. Est, qui Sydonium errasse scribit. Est denique, qui ad decem veteris Senatusconsulti, viginti alios dies accessisse probat. *conf. Cujac. 5. obs. 9.* Hæret Lipsius *in annot. ad Tacit. l. 3. n. 113.* & quem sequi debeat, se fluctuare fatetur. Sed quicquid sit, ab Antiquitate tamen aliquid repetitum. Convenit Jus vetus novo, si finem; discrepat, si numerum dierum spectes.

§. 32.

6. *NOLUMUS STATIM POENAM*. Nunquam tardum, quod omnium ultimum. Cunctator esse debet, qui judicat de Salute hominis. Potest pœna debita exigi, non potest exacta revocari. Laudus

mandandus Mauritius Imperator tardissimus ad inferendam capitis pœnam. Delicta pœnitentiâ, quam supplicio sanari melius credebat. Est in hanc sententiam elegans apud Thucydidem *l. 3. p. m. 127. seqq.* Diodori contra Cleonem Oratio. Idem meliora tandem edoctus Theodosius. Svasor Ambrosius; Causa in Thessalonicenses ab Irato Imperatore facta vindicta. Ad eò consultationi inimica Celeritas & Ira. Hinc, (quod Paulus in *L. 48. ff. de R. J.* inquit) *quicquid (in) calore Iracundiæ vel fit, vel fieri dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantiâ apparuit, Judicium animi fuisse.* Hanc Regulam ad Speciem Legis nostræ accommodat Decius in *d. l. quicquid. n. 19.*

§. 33.

7. *SORS & FORTUNA SUSPENSÆ SIT.* i. e. sint inter Spem metumque. Expectent mortem, nec tamen vitæ desperent. Salus eorum ab uno Principis verbo pendeat. Brevibus: Differtur, raro aufertur pœna. Eodemque modo Actus in *L. ult. ff. commun. præd. inf.* Stipulatio in *L. 26. ff. de Stipul. Servorum* suspendi dicuntur. Sed plura inferius.

§. 34.

8. *CUSTODIA VINCIAT.* Idem custodia significare videtur, quod vincula. Sed prior vox non nisi publicam *L. 9. ff. ex quib. caus.* maj. *L. 4. de Custod. Reorum*; posterior & publicam & privatam complectitur. *L. 224. ff. de V. S. ibidemque Gædd. de V. S. d. L. 9. ex quib. caus.* Nihil autem præter fidam custodiam carceres habere debent. Voluit hoc Constantinus Imperator in *L. 1. & alii in L. 5. C. de Custodiâ Reor.* Non enim ad pœnam, sed custodiam haberi debent *L. 8. §. 9. ff. de pœn.* Nec obstat, vinciri posse carceratos: Cum non intersit, parietibus an compedibus teneantur *L. 9. c. f. conf. Menoch. de arbitrar. Judic. quæstion. L. 2. cent. 4. cas. 305.*

§. 35.

9. *EXCUBIIS SOLERTIBUS VIGILANTER OBSERVET.* Excubiæ latius, quam vigiliæ patent. Nocturnæ sunt vigiliæ, Calv. in *Lex. voc. vigilia* diurnæ nocturnæque excubiæ arg. *L. 10. ff. de re milit.* Commentariensis verò hæc cura est *L. 4. de Custod. Reor.* Hujus summa requiritur diligentia. *Menoch. d. l. cas. 302.* Nam quâ plectendus, qui aufugit pœnâ, custos plectitur, *d. l. 4. C. de Custod. Reor.* Sed

B 2

adde



adde L. 12. ff. de Custodiâ & exhibitione Reor. & Dn. Hahn. in not. ad
Wesenb. ad tit. de Custod. & exhib. Reor. n. 5.

§. 36.

Solent etiam in hâc parte varias notare Lectiones. Nos verò
quas notemus, vix habebimus; vel certè levis momenti. Legit Co-
dex Theodosianus: accipiat, cum Justiniano sit: excipiat. Lugdu-
nense cum glossâ Corpus XI. Godofredi XV Kal. Septemb. notant.
Etiam Canonici quidam Codices viginti, cum reliqui, civilesque
omnes triginta Dilationis dies numerent. Sed hujus rationes supe-
rius jam à nobis datæ.

CAP. III. De Dilationibus in Causis Civilibus.

§. 37.

Jam gradum sifterem, si Legem, qui verba Legis, sciret. Sed
eam scire non est verba tenere, sed vim ac potestatem L. 17. ff. de LL.
Nec hanc verò tenebis, si non quod ex eâ trahi potest ac colligi, intel-
ligas. L. 12. & 13. ff. d. t. Inest enim Legibus, ut ad similes etiam res
pertineant. L. 27. ff. d. t.

§. 38.

Age, nunc laboremus, ut sciamus Legem nostram. Dices,
Principis, non inferioris Judicis, à Lege sententiam differri. Ita
quidem regulariter est ex arg. L. 14. ff. de LL. Clasen. c. 13. pr. de Jure
Aggrat. Volunt & inculcant id præter alias etiam L. pen. C. de Custo-
diâ Reor. L. 18. C. de pœnis L. 6. ff. eod. Reddere hujus rei argumenta
non attinet. Patent ex L. 45. §. 1. ff. de re judicatâ L. 27. ff. de pœnis L.
15. C. eod. L. 1. §. ult. ff. de quæstion. L. 1. C. sententiam rescindi non pos-
se L. 18. C. de pœnis & c. Fieret enim petendæ veniæ Locus; quod in
manifestis fieri non debere, post Glossam in cap. cum apud Thessalon.
69. c. 11. quæst. 3. verbo: animadversione docet Cujacius 20. Obs. c. 32.
ubi addit: Judicem saltim pœnam sua sententia interpretatione lenire
posse ex L. pen. ff. de pœnis.

§. 39.

Sed hæc quidem ex Jure rigido. Aliud svadet Æquitas, & suo
jure non rarò postulat. Hinc evenit nonnunquam, differri dictam
à Judice sententiam: Idq; quamdiu causa viget, ob quam est indulta

arg.

*arg. L. 72. ff. de acquir. vel omitt. heredit. Latius hæc prosequitur Jafon
in L. debitoribus. 31. n. 15. ff. de re judic.*

§. 40.

Causæ Dilationis multæ, & modò non extra numerum. Tra-
himus huc cum Glossâ ad C. XI. q. 3. C. 69. non eas modò, quæ capi-
tis, sed & civiles pœnas ingerunt. Facimus enim cum Decio, qui
in cap. cum teneamur n. 3. seqq. de præbendis eandem fere rationem
subesse latè probat.

§. 41.

De Civilibus primùm. Differtur in his Executio vel in totum:
L. 15. §. 2. usque ad f. ff. de re judic. (Regulariter enim fit in solidum;)
vel ex parte. *l. 19. §. 1. eòd. add. Dn. Struv. in Syntag. Civ. Exerc.
XCIV. tb. 20. pr.* Ultramque persequar eadem, quâ cœpi, brevitate.

§. 42.

Ex parte differt Executionem 1. Beneficium Competentiæ.
Hoc qui gaudet, plus non solvit, quàm facere potest. *Ludovell. ad §.
37. Instit. de Action. n. 3.* Competit autem in tantum, ut qui solvit, non
quod habet, sed potest, solvat. *L. 173. ff. de R. 7.* Datur ex Reverentiâ
vel aliâ Ratione quibusdâ personis (inter quas, si strictè Legib9 inhæ-
reas, *arg. L. 18. ff. de re jud. Jurisconsulti tantum, non etiam Theologi
ac Medici contineri videntur. conf. L. 6. §. 18. ff. de re jud. cum L. 14. C.
de Advoc. divers. Judic.* Quamquam usum aliud probare dicat. *Richt.
Dec. 24. n. 4. Dn. Carpz. P. 1. c. 32. def. 18. ne & ipsi careant alimentis L. 16.
17. 22. ff. de re jud. L. 6. §. ult. ff. de Alim. & cib. legat. Coler. de Process.
Execut. P. 2. c. 3. n. 117.* In illorum autè determinatione respicit Judex ad
conditionem personæ petentis, *velut ita responsum testatur Dn. Richt.
d. 1.* Hinc non quod Rustico, Nobili sufficeret. *Schneidew. ad §. sunt
prætereà 30. Inst. de Action. n. 7. Carpz. P. 1. Const. 32. d. 19. n. 2. seqq.
def. 17. n. 3.*

§. 43.

2. Flebile Beneficium: Cessio Bonorum. Est hoc, cum quis
ære gravatus, alieno Bona (non feudalia vel emphyteutica &c. sine
consensu Domini) spontè cedit creditoribus. Evitat enim cessione
carcerem & alias molestias; Creditoribus autem, quoad fieri potest,
adhuc satisfaciet. *L. 6. §. fin. C. qui bon. ced. poss.* Utuntur eò, qui non ha-
bent alias, unde se liberent. *L. 7. C. d. t.* Etiam, qui juratò vel renun-

B 3

ciârunt

ciarunt ei Perez. in Cod. d. t. n. 3. 17. & 18. vel jurarunt, se soluturos
Hahn. ad Wesenb. de cessione Bon. Non indigent hoc auxilio, quibus
datur Beneficium Competentiae c. 3. de solution. Würmsf. in observ.
pract. p. 226. Denegatur praeter alios etiam his, qui bancam ruptam fa-
cientes alio contra datam fidem fugiunt. Add. Besold. Thesaur. Pract.
vocibus Panferotirer / Galliten / n. 9.

§. 44.

Sed cautio Debitoris in his duobus opus est. Non enim tollitur
Debitum, sed suspenditur ejus tantum, quod solvendum restat, Exe-
cutio. Cavet uterque solutionem in pingviore Fortunâ. De illo
vid. L. un. §. 7. C. de rei uxor. act. L. 63. §. 4. ff. pro socio: De hoc
L. 6. ff. de Cession. Bon. & L. pen. l. f. C. qui bon. ced. poss. Sed adde
§. ult. Inst. de Action. & ibi Mudeum adh. t.

§. 45.

Succedit 3. Exceptio Divisionis ex epistolâ D. Hadriani. Com-
petit Correo vel Confidejssori cuivis, ne teneatur ultra ratam §. 4.
Inst. de Fidejuss. L. 26. 27. 28. & 51. ff. de fidejussor. Exceptionem habet
L. 12. ff. rem pupill. salv. fore. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Ex. XLVII. th. 104.
in f. Sunt & aliae, quas inter si renunciatum sit huic Beneficio. Non
inducunt autem renunciationem verba: sämtlich und sonderlich / ein-
ner für alle / und alle für einen. Carpz. P. 2. c. 17. d. 9.

§. 46.

4. Si parte liquida totum petitur. Res ex Contrahentium con-
ventionem pendet. Exemplo sit Mœvius Creditor cum Debitore Fi-
lio. Summa sit 200. florenorum solvenda duobus Terminis. Con-
veniat Debitorem ex Instrumento garentigato Creditor, & lapso
primo Termino petat totum. Differenda pro parte executio, cum
pars tantum debeat. Semper enim, qui praemature petit, plus; ut,
qui serò, minus petere videtur. §. 33. Inst. de Action. & ibi Mudeum.
Col. in Process. execut. P. 4. c. 1. 82. seqq. & alios ibi alleg.

§. 47.

5. Exceptio deductionis impensarum & meliorationum. Sed
oportet has bonâ fide factas esse: Zang. de Except. P. 3. c. 26. n. 111. Ale-
xand. Tartagn. in Conf. 61. vol. 1. & conf. 95. vol. 4. Exemplum Im-
pense sunt, a marito in res dotales factae, de quibus t. t. ff. de Impens. in res
dotal. fact. Voluptuarias tamen (quæ quid sint, vid. L. 79. §. f. ff. de V. S.

L. 70

L.7. pr. cum L. 14. §. 2. de impensis in res dotal. factis) his accenseri nolo, propter L. 9. d. t. de impens. &c. nisi in rebus promercalibus L. 10. eod. Dn. Struv. Ex. XII. th. 34. Dn. Habn. ad Wesenb. d. c. n. 3.

§. 48.

Dixim⁹ breviter, Executionē quæ pro parte differant: Pergimus in hōc apparatus, dicturi, quæ totam suspendant. Agmen non immeritò ducit I. Inhabilitas personæ agentis. Acturus enim personam standi in Judicio habere, id est, talis esse debet, nè agere prohibeatur. Dn. Struv. Ex. π. IX. th. 5. Prohibentur autem Impuberes & viginti quinque annis minores, sine Tutoris vel Curatoris Autoritate & Consensu L. 1. §. 2. C. qui legitimam pers. stand. in Jud. L. 3. C. de restit. in integr. Banniti seu proscripti Mynsing. 3. Obs. 3. & alii, quos vide ap. Rosfred. in Judic. ordin. P. 1. tit. de person. litig. allegatos. Idem de Procuratore, Cessionario & b. f. possessore, dem getreuen Brieffs Inhaber &c. Obstat enim illis Illegitimationis Exceptio, quoties non de mandato, titulo cessionis & bonâ fide fides sit. Berlich. conclus. 55. n. 46. seqq. & eleganter Colerus in Process. Exec. P. 2. c. 2. n. 77. qui dissentienti Petro Rebuffo ad Ordinat. Regni Gallia tit. de Literar. Oblig. artic. 1. gl. 9. n. 34. respondet.

§. 49.

Sequitur 2. Exceptio: Tu non es nominatus in Instrumento. Obstat hæc Tertio, sine tituli probatione petenti Executionem. Pactum Executivum enim omnes personas, cum quibus nihil gestum, excludit. Alexand. consil. 83. n. 1. seqq. vol. 3. Non tamen excludit bonæ fidei Possessorem, teste Colero d. l. n. 79.

§. 50.

3. Exceptio plus petitionis tempore. Latet hæc in §. 33. Inst. de Action. §. tit. C. de plus petition. Dilatoriam esse, innuit Imperator in §. 10. Inst. de Exception. Tempore verò plus petit, qui ante diem initio constitutum, exigit Debitum. Cessit quidem Dies, sed non venit, ut peti possit. L. 213. ff. de V. S. Zang. de Except. P. 2. c. 11. n. 4. Cujus autem nulla petitio, ejus frustranea Executio. Quid verò, si Dies in Instrumento non expressus sit? Præsenti die deberi volunt L. 41. pr. §. 1. ff. de V. O. L. 14. de R. J. §. 2. Inst. d. t. nisi præsumta voluntas, vel Natura Contractûs aliud svadeant. Decius in d. L. in omnibus. n. 4. Nam tunc ante moram nemo compelli potest ad solutionem

nem



nem, *Arumeus tract. de Morâ*, quia conveniri nequit. Non autem esse Debitorem, & esse, sed non conveniri posse, parificantur.

§. 51.

4. Si post conventum est de non petendo intrâ certum tempus. *L. 5. C. de pactis*. Standum conventioni, & intra tempus agere non licet *L. 3. vers. temporales ff. de Except.* Et inde vocatur Exceptio solutionis evitandæ seu differendæ *Jac. Menoch. l. 2. de arbitr. Jud. quest. cent. 3. cas. 140. n. 6.*

§. 52.

Similis huic 5. quæ Præscriptio moratoria dicitur. Qvinquennialium nomen accepit, quod ad quinque regulariter annos à summo *Limn. in Jure Publ. l. 2. c. 5. & in Annot. tom. 4. ad n. 5. tom. 5. ad n. 12.* (indeq; iater Reservata refertur in *L. 2. C. de prec. Imperat. offer.*) vel Territorii Principe *Reinking. de Regim. secul. & Eccles. l. 1. class. 5. c. 6. n. 23. Dn. Thomas. in doctrin. Imp. Romano Germanici Tab. XXI. & XLIII.* aut ipsis Creditoribus ut constat ex *L. fin. C. qui Bon. ced. poss.* vel eorum majore numero *arg. L. 8. seq. ff. de pactis & d. L. fin. C. qui Bon. ced. poss. Moller. 4. Semestr. 6. n. 5. seq.* conceditur. Jure Saxónico vocantur eiserne Briefe / quod Debitores ad tempus quasiimpenetrabiles efficiant contra Exactiones Creditorum; Unde formula loquendi: *Er hat sich lassen eisern machen. Hering. de Fidejuss. c. 5. n. 102.*

§. 53.

6. Exceptio Excussionis. Eam peremptoriam esse statuit *Gvid. Pap. decis. 432. n. 10. & Alex. cons. 32. n. 2. vol. 4.* Sed verior dilatoriam statuentium sententia, & magis communis *Andr. Fachin. l. 8. Controv. Jur. c. 52.* Tantum enim dilationem operatur, ut Principalis excutiatur prius. Hôc non existente solvendo, Fidejussor solvere tenetur. *Bartol. in L. 3. n. 6. ff. de Except.* Cessat hoc beneficium, si fidejussor i. se tanquam principalis, als *Selbst. Schuldener* obligavit. *Schulz. in Synops. Inst. ad Tit. de Fidejuss. lit. c. qui contrarium in Foro Saxon. testatur obtinere. Dissent. Schnob. in Disp. ad π XXIII. tb. 12. 2.* Si absente Principali Fidejussor præsens est *Nov. 4. c. 1. 3.* si notoriè constat de inopiâ Principalis, & aliis similibus casibus notatis à *Gailio l. 2. obs. 27.*

§. 54.

§. 54.

Idem 7. tenendum de cedendis Actionibus. Competit etiam Fidejussori parato ad solvendum, contra Creditorem. Hujus enim est, agere volenti contra Confidejssores cedere Actiones. LL. 10. 13. 36. ff. de Fidejuss. L. 28. ff. Mandati. L. 2. & ib. Bald. atq; L. 11. C. de Fidejuss. & c. etiam eos, qui solvendo non sunt. Zanger. de Except. P. 2. c. 16. n. 28. Quid verò, si recuset Creditor jura cedere? Iterum differitur Executio L. 10. §. 4. ff. de Tutel. & ration. distrab. Matth. Coler, d. tr. P. 4. c. 1. n. 87. seqq. Schultz, d. l.

§. 55.

8. Exceptio Loci non tuti. Nempe si quis habitans alibi, citatur ad videndum Executionem super Bonis in loco Contractus. c. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6. Non enim contumax est, quem non tutus locus ab accessu prohibet. Audiendus esset, nec precipitandus Processus. Textus habetur apertus in Clement. Pastoralis. 2. §. Pisanaque de sentent. & rejud. & c. 4. accedens. §. mandamus: tit. ut lite contestata. quod capit. de causa executiva loquitur. Probandum verò periculum, non juramento, sed Testibus, aliisque indiciis indubitatis. c. venerabili §. & hoc ipsum, de sentent. Excommunic. in 6. Sed variis modis locus non tutus est. Expressi quidam in L. 3. ff. ex quib. caus. maj. L. 7. ff. ad Trebell. His omnino accensendum, si quid in Locis, per quæ transeundum, timetur. d. c. accedens. 4. vers. nisi in terrâ inimicorum.

§. 56.

9. Mors post sententiam interveniens. Omnis enim Hereditate nondum aditâ, cessat Executio. Et fatuè tunc institui ac sine fruge, testantur Joannes de Imola in L. 77. n. 2. Jason ib. n. 5. de V. O. & Decius in L. 59. n. 8. ff. de R. J. Non enim existat persona, quæ citari & in morâ constitui posset arg. L. 22. §. si exheredato. ff. soluto matrim. Jacet autem, quamdiu speratur Heres, nec tamen aditur Hereditas L. 82. ff. de hered. instit. LL. 69. 39. 3. de acquir. hered. Nec post aditam statim valet Executio. Heres enim intra tempus legitimum (tres nimirum menses Wesenb. ad tit. de Jure deliber. th. 17.) conficiendi Repertorii non tenetur. Berlich. Conclus. 57. n. 68. Computatio fit à tempore, quo quis scit sibi delatam Hereditatem L. ult. §. 2. ff. de Jure deliber. Longè tamen absentibus annus est concessus. L. ult. §. 1. 3. n. d. t. Nov. 1. c. 2. Nec immunis est à confectione Mater, tutrix Li-

C

bero-



berorum. Et hâc licet neglectâ, tamen ad juratam specificationem tenetur. *Decis. Elector. 21. Dn. Struv. XXXI. 36. d. 1.* Potest vero prohiberi à Testatore, ne fiat Inventarium *L. fin. §. 1. Arbitr. Tutel.*

§. 57.

10. Supplicatio. Utitur hoc Remedio suspensivo condemnatus contrâ latam sententiam, ut Acta causæ propter gravamina revideantur. *Fiebig in Process. p. 84. §. 22.* Huic tantum in Imperio, non etiam Foro Saxonico locum esse, Zangerus *de Except. P. 2. c. 1. n. 442.* evincit *conf. Carpz. ad Leg. Reg. c. 9. sect. 7. n. 10. seqq. cum Disputat. de Privileg. Electorum & Ducum Saxoniae, de non appellando. th. 68.*

§. 58.

11. Illud quæsitum est, an restitutio differat executionem? Regulariter differre probamus per *L. 32. C. de Transactionibus & L. un. C. in integrum restitut. postul. Scaccia de Appell. q. 19. rem. 2. n. 64. verb. & quod hac sit regula, ne quid novi fiat. Justus Meyer Colleg. Argent. l. 4. t. 1. n. 36.* Est enim quædam Species Appellationis per *L. 32. & 42. ff. de Minor. Mysing. Cent. 6. obs. 80. n. 9.* intendens ad reductionem causæ in statum veterem. *Finckelthaus. observ. 106. n. 4.* nisi subsit (vel manifesta, vel saltem præsumpta,) petentis malitia ad differendam litem, per *text. in cap. suscitata 6. extr. de in integr. restitut. Dn. Ziegler. in not. ad Lancell. Inst. l. 3. t. 17. §. 6.* Quam Canonicam Limitationem post *Menoch. l. 1. q. 74. de præsumpt. Coler. de Process. Execut. P. 4. c. 1. n. 170.* approbat Rescriptum Electorale Saxon. *de Anno 1636. in verbis: Als ist hiemit unser Begehren / du wollest denselben (Executions-Proceß) ohne weitem Verzug wider offtgedachte B. & zu Z. gebührllich fortstellen / und dich daran den Restitutions-Proceß nicht irren lassen.* Sed multum, propter res altioris indaginis *Finckelth. d. l. n. 9. Nicol. Boerius Decis. aur. quæst. 65. n. 7. 8. 9.* est in arbitrio Judicis. *Scaccia. de Appellat. quæst. 19. remed. 2. n. 86. Carpz. 2. Resp. 94.*

§. 59.

12. Revisio Actorum in Camerâ recepta. *Vid. Recess. Imperii Ratisb. de Anno 1654. §. 124.* Petitur repetitâ consideratione Actorum, in melius reformari sententia. *vid. Bender. toto tractat. de Revisione & Struv. Exerc. L. th. 28.*

§. 60.

§. 60.

13. Recepta apud Saxones Leuteratio & Oberleuteratio. Utraque suspendit Executionem usque ad factam à Judice, qui priorem dixit, sententiæ declarationem. vide prolixè Dn. Carpz. in *Process.* tit. 17. & Fiebig. in *Process.* p. 78. 79. & 82. seqq.

§. 61.

Denique 14. non semel ex Humanitate indulgenda dilatio. Ita cum purè quid spondetur, vel aliàs debetur, statim cedit & venit dies *L. 213. ff. de V. S.* sed continuò non potest agi. Nam spatium dandum est, quo commodè possit fieri traditio *L. 105. ff. de solut. §. ult. Inst. de inutil. stipul.* Ita nec post rem judicatam statim Locus est Executioni. Quadrimestris enim in personali *L. ult. §. ult. C. de Usur. rei jud. arbitraria* in reali actione *§. 2. Inst. de Offic. Jud. L. 2. ff. de re judic.* conceditur dilatio. Schnob. *Exerc. π. XXI. th. 9. Ferdin. Arias de Mesa l. 2. resol. c. 37. n. 22. ubi rationem diversitatis habet, quam etiam Dn. Ziegl. probat. d. l. §. 1. in verb. primo enim casu statim.* Jure Saxon. Electorali in realibus 14. dies, *Ordin. Process. Elector. tit. 39. §. Nemlich wenn ein Urtheil/ 1c. in personalibus Terminum Saxonicum (6. septimanas & 3. dies) ib. §. Wenn aber das Urtheil/ 2c.* In reliquis verò Provinciis terminum Saxonicum indistinctè dari, tradit ex *Ordin. Provinc. Jenens. cap. 38. Dn. D. Beierus in notis ad Schnob. d. l. De aliis videatur Ziegler. d. l. §. 3. 4. 5.*

§. 62.

Sed dicta valent, si notoria sint, & in continenti possint probari. Præcisè requirunt hoc Matth. Colerus in *Process. Execut. P. 4. c. 1. n. 163. 166. & seqq. & c. 2. n. 1. seq. Andr. Rauchbar. P. 2. q. 25. n. 102. post. med. vers. cujusmodi Exceptiones & c. Zang. de Except. P. 3. c. 26. n. 115. seqq. Carpzov. in Process. tit. 22. art. 4. n. 1. 2. & alii ab adductis alleg.* Secus est, si requirant altiorem indaginem. His enim in alià Instantiâ post factam Executionem uti licet. *L. fin. in f. C. de Ordine Cognition.* Et sic quod indebitè solutum, postea per Processum Ordinarium potest repeti. *L. 1. §. 5. ff. ne vis fiat ei qui in poss. bon. & c.*

§. 63.

Cessat verò Dilatio cum causâ. [Sed quid si v. c. decem dierum data dilatio? Cessabitne, causâ ante tempus cessante? Non conquiescet eò Judicis officium, si frustrâ dilatio data appareat. Ad ulteriora procedet, nec expectabit petiti temporis curricula. *arg. L.*



72. ff. de acquir. vel omitt. hered. & Angel. Aretinus super Instit. ad tit. de Action. fol. 254. n. 9.

CAP. IV.

De Dilationibus in caussis Criminalibus.

§. 64.

Diximus quæ Civilem Executionem differant. Reliquum est, ut de criminalibus laboremus. Servabimus Instituti formam, & quo illas ordine narrabimus.

§. 65.

Primas Legi damus, primum ex eâ differendi modum derivantes. Estis, si severius, quam vel Regionis est consuetudo, Superior mandat quem puniri. Differenda tunc per triginta dies Executio. Forsan enim Mora Severitatem Clementiâ miscebit. *d. l. si vindicari, C. de pœnis & alleg. à Dd. in b. l.*

§. 66.

Alius differendi modus crimen Falsi. Accidit sæpè testes de Falso accusari. Cognitione tunc opus, nec ante, quam peracta, pœnæ Locus est. Quid enim si convincerentur de crimine? Impediretur Executio, nec Innocens damnari posset. Id tamen asserendum, si non superessent, qui, contra Reum sufficerent ad probandum crimen. *Angel. Aretinus de Malefic. in verbo: inchoata. §. ult.* Falsum verò committit, qui, vel ut dicat, vel ne dicat testimonium, quid accipit. *L. 1. §. 2. ibiq; Godofr. ad L. Cornel. de fals. L. 2. in f. ff. de concussione.* Etiam, qui accepit aliquid, ut verum dicat *L. 1. §. 1. 2. ff. h. t.* Nam belohnte Zeugen sind auch verworffen / und nicht zulässig / sondern peinlich zu straffen / inquit Nemesis Carolina *art. 64. L. 4. §. 4. ff. de Condict. obturp. causs. Schnob. Ex. π. XXIV. th. 23. n. 1.* Imò perjurus fit, cum promittat: *Dasß er die Wahrheit sagen / und solches weder umb Giffß noch Gaben thun oder lassen wolle. conf. eleg. Disfert. D. Beieri de Falsis c. 3. post med.* Adeò bona caussa malè faciendo perditur!

§. 67.

Similiter in *L. 1. C. de Bonis proscript.* casus dilationis est. Nimirum Servus, antequam Domino reddat rationes *L. 67. ff. de Leg. 1.* Non enim damnum quis ex alienâ culpâ debet pati. *Dn. Carpz. in Pract. Criminal. P. 3. q. 157. n. 17.* Pateretur verò Dominus occiso servo sine redditis rationibus. Instabit tamen, nec morabitur, ut pœnæ suæ

suæ reddi possit *d. l. l. C. inf.* Fallit autem, si 1. differatur animo differendæ Executionis, 2. si metus evasionis vel alius scandali subfit. *Carpz. d. l. Petr. Theod. in Colleg. crimin. Disp. 10. tb. 5. lit. F.* Idem Doctores *arg. d. l. 1.* ad alios Bonorum Administratores extendunt. *Ferdin. Ar. de Mesa Resol. l. 2. c. 36. n. 21.* Sed aliud de consuetudine servari Clarus putat *in Pract. §. ult. q. 97. n. 1.*

§. 68.

Majus etiam delictum facit cessare minus, & pœnam suspendit: Nam de graviore prius cognoscendum, quam levius crimen puniatur. Aliud, si leve post gravius detegatur. Tunc enim, cur prioris retardetur Executio, causa non est. *L. un. §. ult. ff. nihil innov. appell. interpos. l. 7. C. de ordine Cognition.* Hinc cui post civilem criminalis infertur Controversia, de posteriori prius audiendus est *Hippol. de Marsiliis in Pract. caus. Criminal. §. oportune. n. 5.*

§. 69.

Non aliud dicendum, si quis ejus Virtutis & Artis sit, ut dignè possit exhiberi *L. 31. ff. de pœnis.* Supersedebit ab Executione Judex, priusquam Princeps consulatur. *d. l. 5. arg. l. 3. C. ex quib. caus. infam. irrog.* Ampliat hæc Lucas de Pennâ *ad L. 1. col. 13. vers. verum est C. de Servitut.* ut quivis è Populo nolente Judice, possit impedire Executionem. Quod tamen, cum Foro repugnet, non affirmamus. Principem verò tunc extrâ ordinem pœnam infligere posse, nemo negabit. Sic Dynus *ad L. 31. ff. de pœnis* refert, per hanc Legem manus amputatione fabrum quendam artificem sublevatum fuisse. *conf. Zobel. P. 4. different. 2. p. 588. & Clasen. in Jure Aggrat. p. 151. post pr. §. 157. in med.* Plura tamen deduci, quam probari ex *d. l.*, cum multis aliis dicit Alciatus *§. 2. parerg. c. 28.*

§. 70.

Quid si quispiam post sententiam fiat Furiosus? Et hõc modo suspendi Executionem dicimus cum Baldo *in L. Furiosum. inf. C. qui testam. fac. poss.* Habetur enim Ignorantis loco *L. 4. de Divort. & repud. Carpz. d. l. q. 145. n. 22.* & loco absentis per omnia & in omnibus *L. 2. §. 3. ff. de Jure Codicillorum. L. 17. de Injur. L. 124. §. 1. de R. J.* Imò Mortuo comparatur per *L. 14. ff. Locat. Conduct.* Ad quod enim Lex Naturæ, ad id Legis fictio se porrigit. Scilicet Naturam imitatur, fictio *Nicol. Reusn. l. 2. decis. 6 n. 8.* Mortuus autem Jure communi pœnam pati nequit per *L. 6. ff. de Judic. Publ. add. verò Godofr. in not.*

C 3

Ergo

Ergo nec Furiosus. Expectandum ergo, donec ad sanam mentem redeat. Multum tamen hic arbitrio Judicis *P. H. D. art. 179.* & assertioni Medicorum tribui, ut *Responsum habet Scabinatus Lips. Carpz. d. l. n. 31.* diffitendum non est.

§. 71.

Prægnantis pœnam Legibus Romanis suspendi, nec remotos ab iis latet. Neq̃ Romanos solum, sed Athenienses, *Ælianus. l. 5. Hist. var.* sed Ægyptios etiam hoc jure usos, ex *Plutarcho de serâ Numinis Vindictâ* *Briffonius, l. 2. select. c. 20.* Autor est. Absint igitur, quæis volupte Gravidas punire cum *Claudio Dion. l. 57.* Nam grave facinus est, prægnantem etiam bannitam occidere, ut ex *Baldo in L. Imperator. 18. ff. de statu hom.* *Marsilius d. l. §. nunc videndum n. 47.* testis est. Igitur suspendenda pœna, donec pariat. *L. 18. ff. de pœnis. d. L. 18. ff. de statu hom.* Quin etiam post partum editum differri debet. Non enim nisi sex septimanis exactis, nach den gehaltenen Sechs-wochē / ad supplicium trahi debet. Nec obstat. *L. 14. §. 2. ff. de Ædil. Edicto.* Debilitas enim Favorq̃ partus causa sunt. Facit huc *Responsum Scabinatus Lipsienf.* quod *Carpzov. exhibet d. l. q. 157. n. 23.* Diweil aber die Bettel schwangers Leibes ist / so wird die Execution solcher Leibes-Straffe / biß sie des Kindes genesen / und ihre Sechs-wochen um seyn / billich eingestellet / und folgendes dermassen verrichtet / daß dem Kinde / da sie es selbstn nehren wird / an seiner Nahrung kein Abbruch geschehe. *B. K. B.*

§. 72.

Idem Juris est in amputatione manus, vel alius membri mutilatione. Nec aliud in Torturâ propter Identitatem rationis *arg. L. 32. pr. ff. ad L. Aquil. Zang. de Questio. c. 1. n. 4.* Suspendenda enim Tortura, donec vires suas recipiat mulier. Limitat hanc assertionem *Hippol. de Marsil. d. l. §. videndum n. 48.* nisi nutrix Infanti reperta. An diversum sit in Relegatione? quæri solet. Interest tunc, an ex eâ periculum immineat partui, nec-ne. Apparet hinc, aliud in Juramento ferendoq̃ve testimonio dicendum esse. Ad hæc enim, quin cogi possit, dubium non est.

§. 73.

Trahimus huc ex paritate Rationis Ægrotum. Huic indicta, corporalis pœna differtur, usq̃ dum reconvaluerit. Nec à fustigatione solum, sed torturâ quoq̃ liber est *arg. L. 7. ff. de question. §. 1. 3. pr. ff. de SCTO Siliano Matth. Steph. in not. ad artic. 59. P. H. D.*

Ex-

Exemplum non ita pridem in Hieronymo de Mendozâ Relationes hebdomadariæ dederunt. Is contra Portugalliæ Pro-Regem cum aliis (si Relationibus fides) rebellis Torturæ destinatus erat. Sed morbo correptus, dilationem impetravit. Aliud asserendum, si Mortis indicta pœna sit. Tum accelerandam dixerim Executionem, nè fiat irrita sententia.

§. 74.

Neq̄ tunc verò nimis festinans sit Executio. Spatium quippe dandum, quo suæ consulat Animæ, Deoq̄ concilietur. *Petr. Theod. in Colleg. Crimin. Diss. 10. th. 5. lit. G.* Exponunt hæc verba Ordinationis Criminalis *art. 79. pr.* dem/so man auff Bitte des Anklägers mit endlicher peinlicher Rechtfertigung straffen wil/ soll das zuvor drey Tage angesaget werden/damit er zu rechter Zeit seine Sünden bedencken/ beklagen und beichten möge; Und so er das heil. Sacrament zu empfangen begehret / das soll man ihm ohne Weigerung zu reichen schuldig seyn. *it. in artic. 102. verb.* nach der Verurtheilung. Et hæc in pœnâ Mortis observanda. Secus est, si fustigatio vel alia similis irroganda sit. Tales enim mox infligi post denunciationem, non raro videmus.

§. 75.

Quid verò si condemnatus nolit pœnitere? Spernat Sacramenta, nec suam quærat in Christo Salutem? Magno Labore Servatori stetit anima nostra, nec proin leviter habenda. Differat Executionem Judex, & laboret de Conversione damnati. Acceleret verò pœnam, si pertinax sit, nec audiat monentem. Non enim fructus hic pertinaciæ multis alioquin salutaris *contra arg. L. 51. §. 1. post med. ff. ad L. Aquil.* Et hinc responderunt Scabini Lipsi. daß/ so fern er auff seinem verstockten Sinn verharren thäte / würde alsdenn nichts desto weniger mit der zuerkannten Straffe wider ihn billich verfahren *B. R. W.*

§. 76.

Nonnunquam tumultus aut aliud ciet Reorum potentia. Has Judex favillas comprimet differendo Executionem. Nam, velut fumus, Ira populi dilationibus facile dispellitur. Gliscet flamma, sicut oleo, vertetur Ira in rabiem, si tenax propositi Judex. Hinc verè pœnas pharmaca dixit Plato: Non adhibenda, si res videntur desperatæ: si tempora respuant ordinaria Judicia. Versâ vice Tumultus non accelerabit pœnam alioquin differendam.

§. 77.

§. 77.

Sape etiam ideo servari solent post damnationem, ut ex his in alios questio habeatur: dicit L. 29. ff. de pœnis in f. Accidit, à pluribus scèpe peccari, omnes autem puniri Reipublicæ interest. Quid ergò si ex pluribus fugitivis unus captus, & damnatus est? Suspenditur Executio, donec & reliquorum copia fiat. Opus enim Confrontatione, quæ Judex erit, dabitque Rei veritatem vid. Dn. Tabor. de Confrontat. Et aliquoties ita responsum: Daß die Execution solcher Straffe so lange biß NN. auch zu hauffen gebracht/und mit dem Gefangenen confrontiret worden/ billich eingestellet wird B. N. W. probat Carpz. d. l. n. 19. Sed Judicis hic opus arbitrio: quando & quibus in casibus, vidè latè Jac. Menoch. l. 2. de arbitr. Judic. quest. cent. 5. cas. 474. n. 13. Mascard. vol. 3. de probat. conclus. 13. n. 1. & 18. Quid enim si vilis, & aliunde infamis, cum bonæ famæ Viro confrontandus esset? Vide de hoc & aliis casibus Zang. tract. de Question. seu Tort. Reor. c. 2. n. 49. seqq.

§. 78.

Obtinent dicta præprimis in Adulterio. Nam sola confessio, si non idem Correat dixerit, non facit delictum, nec pœnam habet ordinariam L. 1. §. f. ff. de question. Berlich. P. 4. Concl. 27. n. 135. Hartmann. Pistor. Observ. 33. Nec aliud Coadulterantis operatur fuga. Hæc enim non contra confitentem, sed fugientem facit indicium arg. L. 17. §. f. ff. ad L. Jul. ff. de Adult. Hinc absente coadultero retardanda Executio. Diff. Moller. l. 2. semestr. 37. dicens hanc questionem Dn. Scab. Lips. nimium exercuisse. Sed perseverans in fugâ, si proscribatur, pro confesso est. quem casum cum paucis aliis excipit Carpz. P. 2. q. 60. n. 33. seqq.

§. 79.

Tollit confessionem, etiam sub tœtura factam, apparens Innocentia L. f. C. de Error. Advoc. L. 1. §. f. ff. de quest. Nec enim quis innocens damnari debet, Matth. Wesenb. in parat. tit. de Accus. etiam si contumax sit arg. L. 19. ff. de pœnis. Abstineat igitur ab Executione Judex, donec Principi rescripserit. d. L. 1. inf. & L. 27. §. 1. ff. de pœnis. Idem Juris est, si cui pœna dicatur interdicta infligi suæ personæ. Exemplum L. 9. §. 11. ff. de pœnis. Rationem Godofredus in not. ad d. L. habet.

§. 80.

Denique differendi modum Leges probant pen. ff. ad l. Cornel. de sicariis & 27. §. 1. & 2. ib. de pœnis. Est is propter honorem personæ delinquentis. Hanc Judex non nisi consulto Principe, pœnæ dabit dl.

d. l. 27. Ferdin. Arias de Mesa d. l. n. 20. nisi tumultus, vel aliud gravius malum immineat d. l. pen. inf. Sed alia de Jure Principis in remittendâ pœnâ quæstio. Id posse Principem, palam est; an peccet, meritò dubites. Breviter: (nec enim hujus loci est) Id faciliè fieri non est è republicâ. Bodinus de Republ. l. 1. c. 10. Bachov. in Comment. ad Inst. §. 9. n. 9. & 10. de Jure N. G. & C.

CAP. V.

De Causis, partim utramqve Executionem differentibus, partim falsis.

§. 81.

Multa dixi, quæ civilem separatim, criminumq; suspendunt Executionem. Sunt quædam sic comparata, ut utriq; noceant, utramq; differant. Est in his Appellatio, de quâ adhuc breviter.

§. 82.

In Civilibus & Criminalibus appellare licitum *l. 1. verb. justè ab eo & c. l. 29. C. de appell. l. 2. C. si pendente Appell. mors interven. l. 3. §. ult. ff. qui testam. fac. poss. l. 29. C. de Appell.* Et in his quidem, sive sit ultimum supplicium *Carpz. Pr. Crim. P. 3. q. 139. n. 3.* sive Tortura tantum indicta *l. 2. C. de Appellat. recipiend.*

§. 83.

Differt igitur Criminalis à Civili Appellatione. In Criminalibus à futuro gravamine *l. 30. C. de Appell.* non ita in civilibus, licet appellare. Causa præjudicium irreparabile, teste *Marsilio in §. expedita. n. 70. seqq. ubi alias quovq; differentias collegit.* Majus enim periculum in causâ parvâ criminali, quàm magnâ civili *l. in servorum §. f. inf. ff. de pœnis.*

§. 84.

Extendunt hæc è Doctores, ut & factam ab Incarceratione prohibent Appellationem, *Carpz. d. l. n. 10.* Ac non solum ante, sed etiam post decendum admitti testatur *Nicol. Reusnerus l. 2. decis. 22. n. 28.* Nec obstant *l. 6. §. si autem: juncta Authent. Hodie C. de Appellat. l. ult. §. illud etiam C. de tempor. & repar. Appellat.* Quoties enim successivum gravamen, toties appellare licet quocunqve tempore *arg. l. 1. §. pen. post m. ff. de Usufr. accresc. c. ex parte 47. de Appellat.*

§. 85.

Suspenditur autem Appellatione Judicis inferioris sententia. *Struv. Ex. L. th. 15. ut Executioni dari neqveat per t. t. ff. nihil innovari*

D

appell.

appell. interpos. Si quid interim innovatum, Judex imploratus in pristinum statum restituit. Videatur *Lancellott. de Attentatis. Berlich. decis. 131.* nisi nullitas desideret causæ cognitionem. Tunc enim moribus non suspenditur Executio. *Gail. 1. obs. 113. n. 2. 3. Carpz. Process. Tit. 19. artic. 4.* Præsertim si, qui petit eam, Adversario de Indemnitate cavere paratus sit. *add. Carpz. l. 2. Resp. 93. seq.*

§. 86.

Moribus Germaniæ non admitti in Criminalibus Appellationem, ex *Mynsing. obs. 41. cent. 4. & Gail. l. 1. c. 20. de Pace publ.* probat *Mollerus 4. Semestr. 33.* Pertinent huc verba sanctionis Caroli V. & Imperii Stat. in *Recess. August. de Anno 1530. §.* Item / als ietzt etliche Zeit her ic. verb. So setzen und ordnen wir / daß hinfürder in Peinlichen Sachen keine Appellation angenommen: sondern damit nach altem hergebrachtem Gebrauch gehalten werden soll. *Et in Ordin. Cam. Imp. P. 2. tit. 28. §.* Item: Nachdem auch den alten hergebrachten Gebrauch ic. verb. daß hinfürder in Peinlichen Sachen an Kaiserlichen Cammer - Gerichte keine Appellation mehr angenommen / sondern angeregten Gebrauch nach gehalten werde / ic. Nec aliud servari in Electoratu Saxonix patet ex *Ord. Appell. D. Elect. Christiani II. tit.* wer vor unser Appellation - Gerichte geladen / auch was Sachen ic. §. Jedoch allein ic. *Add. Reink. de Regim. Sec. & Eccles. l. 2. class. 2. c. 14. n. 38. seqq.* In quibus autem fallat Regula vid. *Carpz. d. l. n. 31. seqq. & Moll. d. l.*

§. 87.

Sunt etiam Causæ, quas minus rectè vulgò dilatorias putant. Pertinet huc Incompetentia Judicis. Citatus enim ab incompetente, venire non tenetur *L. ult. ff. de Jurisd.* nisi ad allegandam incompetentiam *L. 2. ff. si quis in Jus voc. non ier. L. 5. ff. de Judiciis. Schnob. Disp. π. V. th. 7. 8. 12. Col. in Proc. Exec. P. 2. c. 1. per tot.* Et sententia taliter lata est ipso Jure nulla *L. 1. seqq. per tot. C. si à non compet. Jud. judicat. quid & c. & ibi D. Brunnem.* nec melioris effectus est, quàm si privatus, cujus nulla Jurisdictio, eam tulisset. *Zang. de Except. P. 2. c. 1. n. 2.* Hinc non differri, sed impediri Executionem eo casu statuo cum *Theodor. in Coll. Crim. disput. 10. th. 5. lit. d. Hippol. de Marsiliis in Pract. Crim. §. oportunè n. 28.*

§. 88.

Putant etiam differri (si non impediri; quod etiam negamus propter

propter *L. 51. vers. quid si quis absurdè. ff. ad L. Aquil.*) pœnam, si damnatum puella petat in maritum. Causam ponunt favorem matrimonii *L. 1. ff. sol. matrim.* Hunc in tantum retardare Executionem, ut omnino rescribendum sit Principi *L. 6. § 7. ff. de injusto, rupto, irrito &c.* Sed lubrica Ratio propter *L. 18. C. de pœnis.* Magnus quidem, fateor, matrimonii favor, at non tantus, ut nervos Reipublicæ, pœnas, tollat. Nunquam violari debet Justitia, nec labefactari disciplina publica. *Limn. de Jure Publ. l. 4. c. 8. n. 289.* Interest enim Reipublicæ pœnas non differri *d. L. 18. C.* sed Reos velociter aut absolvi, aut puniri *L. 5. C. de Custod. Reor.* Res judicatas Executioni mandari publicè interest per *L. 65. §. 2. ff. ad SCTum Trebell. L. 16. in f. ff. ad L. Cornel. de sicariis. conf. Synops. Instit. Schultz. tit. de Obligat. quæ ex delicto nasc. lit. c. p. 1017.*

§. 89.

Nec ejus, qui rupto laqueo incolumis decedit, differenda pœna. Non enim suspensum, sed insuper suffocatum esse requiritur. Apparet hoc ex verbis sententiæ capitalis: *Daß er mit dem Strange vom Leben zum Tode gestraffet werden soll. constit. Crimin. Caroli V. art. 192. Ludwell. Exerc. XV. tb. 3. lit. b.* Carnificis ergò vitium sententiæ non debet præjudicare. Hinc statim de novo suspendendus & arctius constringendus est. Et hoc in Franciâ servari testatur *B. Ungep. Ex. Justin. 13 q. 5. in Negop. 614.* Sed Jurisconsultos Jenenses ab ordinariâ pœnâ Reum absolvisse scribit Virgil. Pingitzer *Sax. quæstion. 7. n. 9.* perpetuamq; Relegationem M. Nov. Anno 1631. dictasse Scab. Lips. refert Carpzov. *Pr. Crim. Q. 88. n. 43.*

§. 90.

Idem valet, si dicat quis, habere se, quæ Principi Salutis ipsius causâ referat. *Godofr. ad L. 19. C. de pœnis. lit. y.* Id enim si permitteretur, quos non differendi modos fingeret damnatus? Non igitur suspendenda pœna *L. pen. C. de Custodiâ reorum. L. 16. in f. ff. de Sicariis.* sed vel extorquenda Veritas, vel sine illâ pœnæ subjiciendus est. Non enim malitiis hominum est indulgendum *L. 38. ff. de R. V.* Et fructum Calliditatis suæ nemo sentire debet. *L. 25. C. de Legat.*

§. 91.

Alium modum ex Cepone *in causis* refert sæpè laudatus Marfilius *d. l. n. 6. in m.* Est is, si damnatus ex Laico fiat Clericus. Rationem habet, quod non liceat hunc ad Judicium seculare trahere per *Authent. statuimus. C. de Episcopis & Clericis. Carpz. in Jurisprud. consist. l. 2. def. 10. nisi ratione rei sitæ moveatur actio. Authent. Clericus: C. de Episc. & Cleric. c. 6. de foro compet. Gail. 1. Obs. 37. n. 4. & de*

D 2

Crimi-

*Criminalibus causis Carpz. Pr. Crim. P. 3. q. 110. n. 82. seqq. Verum rectè displicet hic
modus Marfilio in repetit. L. fin. C. de probat. Vix enim post sententiam tempus da-
tur se faciendi Clericum. Nec prodesse debet Clericis, quod omnium interest,
graviter puniri arg. L. 38. ff. de R. V. L. 25. C. de Legat. Inhumanum enim est his ape-
rire viam, quæ per Leges interdicta L. 2. in f. C. de indict. viduit. & L. Jul. & c.*

§. 92.

Sed quid, si provocet ad Judicium (ut loqui amant) in valle Josaphat, vor
das Jüngste Gerichte/ oder den Richterstuhl Jesu Christi? Egit hæc de quæstio-
ne Christian. Herold. in pecul. hac de re conscriptâ disert. item Besold. de Appell.
& in tract. de pænis fol. 31. Uterque licitam statuit, & factæ refert Exempla. Nos
quid in Civili & Criminali provocatione statuendum, paucis eruemus.

§. 93.

In Causis Civilibus illicitam, & arbitrariè coërcendam probat D. Richt.
Cent. Reg. Jur. Reg. 2. §. 20. Hinc quoties provocatur, toties peccatur, proximi
charitas violatur, divina severitas coacervatur ait Rumelinus P. 2. ad A. B. Caro-
li IV. dissert. 2. Coroll. 2. Et in Insulam relegari debere, qui sic terrent alios, re-
spondet JC. Modestinus in L. 30. ff. de pænis. Nam Magistratum gravi Injuriam affici
patet è Responso Jenensium de Anno 1656. daß Rector Academia die angezogene
grobe Injurien / und die auß Leichtfertigkeit unnöthiger Weise angetraute Furla-
dung für Gottes Gericht gebührlichen zu vindiciren / und insonderheit die Uni-
versität bey so gestalten Sachen um Schutz anzusuchen wohl befugt / und wofern
es oberzehler Massen allenthalben also bewand / so ist Injuriant wegen seines gro-
ben und ärgerlichen Verbrechens nicht allein die nieder. geschriebene Trau- und
Beschuldigungs-Worte / als wolte er deswegen den Rectorem wiederum vor das
Jüngste Gerichte citiren / weil ihm Justitia denegirt / und er gedrückt würde / uff
vorgehende recognition coram senatu Academico zu revociren / und dem Recto-
ri eine Abbitte zu thun schuldig / sondern er wird auch hierüber andern zum Ab-
scheu exclusion & amissione privilegiorum, oder einer ziemlichen Geld-Straffe
seinem Vermögen nach nicht unbillich willkührlich belegen.

§. 94.

Licitam verò in Criminalibus causis esse, defendere satagit idem Rumelinus d. l.
Quod secus in his, quàm Civilibus. Non enim agi illis de glande legendâ, vel aquâ
& aquâ pluviam arcendâ, sed fangvine, redempto Morte Redemptoris Christi. Nec,
ut in Civilibus, alia damnato superesse remedia. Quicquid autem ejus sit, faciat Ju-
dex, nè serò nimis sapiat. Aut enim manifestum est delictum, & tum, non est,
quod metuat; vel differat pœnam. Aut fluctuat, & tum, quod Plinius l. 1. ep. 18. ob-
servet: *Quod dubitas, ne feceris.* Tutius decem nocentes (in casibus scilicet dubiis)
dimittere, quàm innocentem unum condemnare. JUSTUS enim DOMINUS
EST, ET RECTA SUNT JUDICIA EJUS.


*N*uper ut Alma Themis de pænis audit, illas
Votò differri judicioq; Tuo:
Nescio pro tantò, dixit, differre labore
Præmia: Sit Sponsus, sit citò Mystra Meus.

Optimorum Parentum Filio Optimo Disputationis
AUTORI, Nobil. Dn Respondenti

Gratul. f.

L. V. ALBERTI, P. P.





Leipzig, Diss., 1674 (1)

ULB Halle 3
003 741 788




TA → OL

f

nur 1+7 Schild verknüpft

V 17





1868.
1868.

1674, 15 928

DEI
&
SUPERIORUM INDULTU
DISSERTATIONEM JURIDICAM
DE

EO QVOD DIFFERT EXECUTIONEM,

Occasione
L. si vindicari XX. C. de poenis

PRÆSIDE

DN. PAULO FRANCISCO ROMANO,

J. U. D. Prof. Publ. & Facult. Jurid.

Assessore,

Dn. Præceptore ac Patrono suo omni honore prosequendo,
IN ACADEMIA LIPSIENSI

d. Januar. AC. 1674.

H. L. Q. C.

ventilandam proponit

LEONHARDUS BAUDISIUS, Lig. Siles.
Autor.

LIPSIÆ,

Typis JOHANNIS ERICI HAHNI.

